

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula VI. Ad veritatem propositionis requiritur, ut omne, quod implicatur
in subjecto, conveniat subjecto eo tempore, quo sit implicatio

urn:nbn:de:bsz:31-102400

REGULA V.

Ad veritatem propositionis non requiritur, ut prædicatum conveniat subiecto secundum omne id, quod significatur aut implicatur in subiecto, sed sufficit, si conveniat ipsi secundum aliquid quod per ipsum importatur.

Nam ista vera est: *Hoc album currat: ubi in subiecto duo importantur, nempe materiale, ut animal, & formale, ut albedo. Currere convenit huic albo non secundum omne id, quod per vocem (album) significatur, quia non convenit ipsi secundum quod album est, sed solum ratione suppositi, cui albedo inest. Ita Christus dixit: Ego sum, antequam Abraham erat, cum tamen esse, antequam Abraham erat, competit Christo non secundum omne id, quod voce hac significatur, quia non competit ipsi ratione humanae naturæ; sufficit, quod conveniat ratione suppositi aut divinae naturæ.*

REGULA VI.

Ad veritatem propositionis requiritur, ut vnde, quod implicatur in subiecto, conveniat subiecto eo tempore, quo sit implicatio.

Hoc est. *Quamvis non necesse sit, ut prædicatum conveniat subiecto secundum omne id, quod in subiecto implicatur, seu per illud importatur, operetur tamen, ut id, quod implicatur in subiecto, conveniat eo tempore, quo sit implicatio, h. e. ut ego intelligo, eo tempore, quo propositio profertur. V. g. si jam dicas; Homo albus currat; & jam nullus ho-*

me

mo sit alb
albedo in
non est. i
um esset
(monstra
proptere
lata, & in
dio pari
cato seu
ille fuit
erierat,
conjunctiones dicata
propter
datur. It
sem: Hi
Christo
fuit: qui
inter co
iacente
de Chri
fuit, qui
humana
suppositio
maliter

A prop
ve

nos sit albus, propositio est falsa, propterea, quod ab eo in subjecto jam implicatur, quæ in eō tamē non est. Ita si partes hic heri fuissent niger, hodiē autem esset dealbatus, & ego heri dixissem: *hoc albus* (monstrato pariere istō) est, propositio fuisset falsa, propterea, quod hesternō die, quod propositio prolatā, & implicata circa subjectum, nempe conjunctio parietis & albedinis, facta fuisset, illa implicatio seu conjunctio nondum fuit: nondum enim ille fuit albus. At si hodiē dicere: *Hoc album herierat*, propositio esset vera, quia hodiē est illa conjunctio parietis & albedinis, quæ sufficit, ut partes dicatur albus hodiē, neque aliud quid deest, propter cuius absentiam propositio illa falsa redatur. Ita si de Christō intra triduum mortis dixissesem: *Hic homo est*, propositio fuisset falsa, quia in Christō implicatur humana natura, quæ tūm non fuit: quia, ut humana natura sit, requiritur unio inter corpus & animam, quæ Christō in sepulchrō jacente fuit dissoluta. At alia ratio est, si jam dicam de Christō: *Hic homo vel Christus in triduo mortis fuit*, quia id, quod in subjecto implicatur, nempe humana natura, cum supposito divino unita ipsi supposito jam convenient, & est Filius Dei jam formaliter homo. Unde hæc propositio jam est vera.

REGULA VII.

A propositione affirmativa finita ad negationem infinitam, & vice versa, vales consequentia.

RE